

fordiæ ad Oderam fons est, cuius vi
 ligna, folia, cortices, ossa, conchæ, ob
 ducuntur materia lapidosa. Quædã
 res fossiles sunt similes ossibus, cuius-
 modi est lapis Arabicus. aliæ, medul-
 læ quam continent ossa, quod genus
 est marga liquida candidi coloris, A-
 gricola. Videtur sanè margæ nomen **Marga.**
 Germanicæ originis esse: **Marg** enim
 Germani, nostri **Marg**, medullam vo-
 citant. Enosteos lapis diuisus, ossiũ **Enosteos.**
 effigiẽ repræsentat, Agricola: qui hũc
 lapidem Germanicè interpretatur,
Knochenstein. Idem lib. 5. de nat. fossi-
 lium: Cotibus aquarijs grandibus tã-
 tum (inquit) tympani figura datur, &
 ex saxo molari duro fiunt. Ex his autẽ
 ipsis, quæ ex inferiori Germania affe-
 runtur, variæ nigro & candido colo-
 re, quædam fractæ ossis speciẽ repræ-
 sentant: quas iccirco **ὄστεος** Græci ap-
 pellarent. Est in animali **Pôrus** ossis **Pôrus.**
 duritia (inquit Scaliger) à Natura in
 quasi defuncti ossis locũ suffecta suc-